



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Divi Bambergenses S. Henricvs Imperator S. Kvnegvndis
Imperatrix S. Otho Episcopvs**

Gretser, Jacob

Ingolstadii, 1611

XIX. Henrici Imperatoris II. Regis III. Constitutio, qua Ecclesiæ
Bamberensis priuilegia confirmantur.

urn:nbn:de:hbz:466:1-41527

*Henrici Imp. II. Regis III. Constitutio, qua
Ecclesia Bambergensis priuilegia
confirmantur.*

* Salici, cuius
vitam, quæ nu-
per prodidit, cō-
scripsit VVipo.
* Erat hic an-
nus Domini
1039. Quo Cora-
dus Imp. obist.
Vide Baron.



Ecce minus ipse Rex præfatus Heinricus III.* Chū-
radi Imperatoris filius, dudum, Patre viuente,
Rex constitutus, ordinationis suæ anno XII. Re-
gni autem,* primo, ad confirmandum Babenber-
gense Episcopiū, priuilegium, quod subiunctum est, scribi ius-
tit, superstite adhuc Eberhardo primo eiusdē Sedis Episcopo.

HEINRICVS, DEI auente clementia, Rex. In examine DEI
cuncta consipientis æquale meritum credimus fore, dantis & corroboran-
tis. Credimus etiam ad regalem nostram maiestatem pertinere totius regni
curas, præcipueq; omnium sanctorum DEI Ecclesiarum commoda confide-
rare, & omnia eis aduersantia sub omni festinatione abolere, ne, vel graui
incommodeitate vilescant, vel qualibet, pro nostra culpa, orta occasione, à
pristino cultu & religione recedant: quatenus dum hæc pro amore, pariterq;
timore DEI fideliter peragimus, illorum, qui hæc pio affectu, DEO contu-
lerunt, meritis & gloria communicemus.

Proinde, omnibus in Christo fidelibus scilicet tam futuri, quam
presentibus notum esse volumus, qualiter ob hanc spem per interuentum
dilectissimæ matris nostræ Gisilæ, Imperatricis Augustæ, pro amore etiam
dilecti fidelisq; nostri Eberhardi, primi sanctæ Babenbergensis Ecclesiæ Epi-
scopi, eundem locum à Diuo Imperatore HEINRICO secundo, pro sua
fuerumq; anima in Episcopatum, diuina inspirante clementia, perfecte fidei
charitatiq; deuotione, in honore Principis Apostolorum Petri, & S. Georgij
Martyris sublimatum, consensu fidelium nostrorum sancimus, & omni con-
tradictione remota, regalis nostræ maiestatis auctoritate corroboramus, o-
mnes etiam res mobiles & immobiles eiusdem sanctæ DEI Ecclesiæ, quas
ipse Diuus Imperator pro ardore cælesti patriæ ibidem larga manu contul-
lit, ea ratione confirmamus, ut fidelis noster Eberhardus, eiusdem loci primus
Episcopus, eiusq; ir perpetuum successores secura eas tranquillitate possi-
deant, & liberam potestatem habeant, & res, & proprietates eiusdem Ec-
clesie cum consensu clerici & populi ordinare, componere, * & augmentare.

* Commutare, ecclæ cum consensu clerici & populi ordinare, componere, * & augmentare.
Apogr. Bamb.

Nostræ

Nostra quoq; auctoritate sancimus, vt in Abbatiis, monasteriis, comitatus, foris, mercatibus, monetis, naulis, teloniis, castellis, villis, viciis, areis, servis, ancillis, tributariorum, decimis, forestibus, siluis, venationibus, pescationibus, molendinis, aquis, aquarumve decursibus, campus, pratis, piscinis, terris cultis & incultis, libris, argento & auro, geminis, vasis, ornamentiis, vel aliquibus utensilibus in cultum & religionem DEI ibidem collatis, & in omnibus terminis, rebusq; eiusdem Ecclesie, aut quidquid ad praesens illuc pertinet, vel ex his amplificari potest: nulla sit infestatio tyrannorum, nulla potestas irruat ibi per violentiam; nullus ibi Comes, aut Iudeus legem facere presumat, preter Episcopum eiusdem loci, omnisq; possessio DEO famulantium ibi pro * emunitate habeatur. Sit ille Episcopatus liber, & ab omni extranea, & iniqua securus potestate: quatenus ibidem DEO famulantes, & primi * Emanuitali, constrictoriis memoriam dignae celebrare, nosq; fautores & corroboratores aliquando possint & velint DEO precibus suis commendare. Et ut hec nostre auctoritatis traditio firma & inconclusa permaneat, hoc priuilegium inde conscriptum manu propria corroborantes sigilli nostri impressione iussimus corrupta voce, insigniri.

Hæc nos de fundatione, vel confirmatione sanctæ Babenbergensis Ecclesie, accepta occasione, dixisse sufficient, nunc ad cœptam narrationem de gestis beati viri animum, stylumq; vertamus.

C A P V T X X.

*Malevolentia & inuidia Brunonis fratris in
S. Henricum.*

Begis autem frater erat * Bruno, Augustensis Sedis * Bruno frater Episcopus, qui felicibus fratribus acribus inuidens, ^{S. Henrici Epis.} Augustanus multas ei aduersitatum iniurias, in quantu potuit, de cuius cum inferebat: & vbi per se non poterat, inferentibus se fratres simul adiungebat, vel alios ad inferendas exhortando stimulos eis tationibus Dirm: prauæ incitationis subdebat. Cui frater non solùm talionem ^{lub. 5. § 6.} Patientia Hen non reddit, verum etiam instructus fraterna dilectione, omnia dissimulando, & patienter sustinendo, illum in bono vincere satagebat.

C A P V T